Quelle: http://manuscripta.at/?ID=376
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



gene

illuis absq; uxoribus filiorum suorum. Filii
autem ioseph qui nati sunt ei in terra egyp
ti animae duae. Omnes animae domus
iacob quae ingressae sunt in egyptum
fuerunt lxx. Misit autem iacob iudam
ante se ad ioseph ut nunciaret ei
et ille occurrens ei ingressus est. Quo cum
pervenisset iunctis ioseph curru suo
ascendit obviam patri ad eundem
locum. Vidensque eum irruit super
collum eius et inter amplexus flevit.
Dixitque pater ad ioseph. Iam letus
morior quia vidi faciem tuam et
superstitem te relinquo. At ille locutus
est ad fratres et ad omnem domum patris
sui. Ascendam et nunciabo pharo
et dicam ei. fratres mei et domus patris
mei qui erant in terra chanaan venerunt
ad me et sunt viri pastores o
vium. curamque habent alendorum gregum.
Pecora sua et armenta et omnia quae
habere potuerunt adduxerunt secum.
Cumque vocaverit vos et dixerit ei. quae est
opera vestra. Respondebitis. Viri pastores
sumus servi tui ab infantia nostra usque
in presens et nos et patres nostri. Hoc autem
dicetis ut habitare possitis in terra gessen
quia detestantur egyptii omnes pas
tores ovium. — XLVII.
Ingressus igitur ioseph nunciavit pharo
dicens Pater meus et fratres mei o
ves et armenta et cuncta quae pos
sident venerunt de terra chanaan
et ecce consistunt in terra gessen. Extre
mos quoque fratres suos v viros sta
tuit coram rege. Quos ille interro
gavit. Quid habetis opis. Respondere
Pastores ovium sumus servi tui
et nos et patres nostri. Ad peregrinandum
in terra tua venimus. quia non est her
ba gregibus suorum tuorum invalescente
fame in terra chanaan. Petimusque
ut nos esse iubeas servos tuos in
terra gessen. Dixit itaque rex ad io
seph. Pater tuus et fratres tui venerunt
ad te. Terra egypti in arbitrio tuo est.
in optimo loco habitare eos. Si tradet
illis iam gessen. Quod si novisti inter
eos aliquos viros industrios. constitue
illos magistros pecorum meorum. Post
haec introduxit ioseph patrem suum
ad regem et statuit eum coram eo. Qui
benedicens illi interrogatus a eo. Quot
sunt dies annorum vitae tuae. Respondit.
Dies peregrinationis vitae meae centum xxx.
annorum sunt parvi et mali et non per
venerunt usque ad dies patrum meorum.
quibus peregrinati sunt. Benedicto re
gresso egressus est foras. ioseph vero patri et
fratribus suis dedit possessionem in egyp
to optimo ire iolo rameses. ubi pre
cepit pharao et alebat eos omnemque
domum patris sui. plenis cibaria sin
gulis. Intuito enim orbe panis deerat.
et oppresserat fames iam maxime egyp
tum et chanaan. equibus omnem pe
cuniam ioseph congregavit pro emendi
cionem frumenti et intulit eam in
erarium regis. Cumque defecisset emp al. b?
toris pecunia venit cuncta egyptus
ad ioseph dicens. Da nobis panes.
Quare morimur coram te deficien
te pecunia. Quibus ille respondit. Ad
ducite pecora vestra et dabo vobis pes
cibos si pecunia non habetis. Quae cum
adduxissent dedit eis alimenta pro
equis et ovibus et bobus et asinis. Sustine
tantque eos illo anno pro commutacione
pecorum. Venerunt quoque anno secundo
et dixerunt ei. Non celamus dominum
nostrum quod deficiente pecunia et pecora
simul detulerunt. nec clam te est ad
absque corporibus et terra nihil habemus.
Cur ergo morimur te videente. Ipse
nos et terra nostra tua erunt. Eme nos
in servitutem regiam et pro semina ne
pereat cultore redigatur terra in so
litudinem. Emit igitur ioseph omnem
terram egypti vendentibus singulis pos
sessiones suas propter nimietatem famis.
subjecitque eam pharoni et cunctos po
pulos eius a novissimis finibus